





**Gaspar Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus
Antuerpiensis, Vniuersis & singulis nostræ Diœcesis
salutem in Domino. Cùm fel. rec. Vrbanvs Papa VIII.
Pontifex Maximus anno Domini M. DC. XLI. pridie ...**

Nemius, Gaspard

[Antverpiae], [1646]


[urn:nbn:de:hbz:466:1-73784](#)





D.V

5.



MARCH 1953

THE GARDEN OF

ALLEGORY

Tocca il Gatto

GASPARI Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Antuerpiensis, Vniuersis & singulis nostræ Dioecesis salutem in Domino. Cùm fel. rec. V R B A N V S Papa VIII. Pontifex Maximus anno Domini M. D C. X L. pridie Non. Martij ediderit Bullam, eamque publicari fecerit anno M. D C. X L I I I. die XIX. Iunij; cuius titulus est: *Sanctissimi Domini nostri V R B A N I Diuinâ Prouidentiâ Papa VIII. Confirmatio Constitutionum PII Papa V. & GREGORII XIII. prohibentium quasdam Theologorum sententias & opiniones; nec non Prohibitio libri, cuius titulus, AVGVSTINVS CORNELII IANSENII, OLIM IPRENSIS EPISCOPI, excusi Louanijs typis Iacobi Zegers anno M. DC. XL. aliorumq; Operum ac libellorum, occasione dicti libri variis in locis & variis idiomatibus impressorum.* Quæ Bulla sic incipit: *In eminenti Ecclesia Militantis sede, meritis licet imparibus constituti, sedulo meditamus, &c. Et idem Sanctissimus Dominus noster, litteris ad nos in formâ Breuis datis anno M. D C. X L I I I. die XXIV. Octobris, nobis iniunxerit, ut prædicti Diplomatis sui præscripto qualibet ex parte fieret satis: atque insuper S. D. N. INNOCENTIUS Diuinâ Prouidentiâ Papa X. per alias litteras, similiter in forma Breuis expeditas die xx. Februarij anno M. DC. X L V. nobis ordinauerit, ut ipsius V R B A N I Prædecessoris sui Constitutioni, in nostrâ præsertim Dioecesi, congruè obtemperaretur; & impensiùs mandauerit, ut voluntati sua nostram quoque adiungeremus: Nos. qui ab initio supradictam Bullam quâ decuit reuerentia suscepimus, & conati sumus ut in nostrâ Dioecesi eidem perfectè obediretur; considerantes tamen, adhuc aliquos de eiusdem Bullâ veritate & obligatione dubitare, iudicauimus eamdem in nostrâ Dioecesi iterum publicandam, prout præsentibus publicamus: ac, quatenus opus est, mandamus omnibus nostræ Dioecesis Christi-fidelibus, ut supradictæ Constitutioni V R B A N I VIII. in omnibus pareant & obedient; sub poenis & censuris in eâdem contentis. In quorum fidem has sigilli nostri impressione & Secretarij signaturâ confirmari fecimus. Datum Antuerpiæ die x. Maij M. D C. X L VI.*

De mandato Perillustris & Reuerendissimi Domini prefati

Locus  figilli.

M. SOMERS Secret.

Infrâ scriptum erat:

Anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, die vix decima quartâ mensis Maij, supra scriptæ litteræ affixe & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Cathedralis B. M A R I E, & Parochialis sanctæ VValburgis respectuè Antuerpiensis, per me infra scriptum Notarium Apostolicum

I. Hermans Not.

François
De la Motte

THE

F. 1. C.
De la Guerre
Tome I.



BOSCO
DE DEO
ET FIDE

I
Th
447a

Bosco.
De Deo & Fide
Item
Theologica varia.
. D IV
7